Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in quo erant omnia quadrupedia ⁊ serpentia
terre ⁊ uolatilia celi. Et facta e uox adeum surge
petre occide ⁊ manducа. At ait petrus. Absit dne.
quia nunquam manducaui omne comune ⁊ immun
dum. Et uox iterum secundo ad eum. Quę ds purificauit
tu ne comune dicaris. hoc autem factum e per ter. Et statim
receptum e uas in celum. Et dum intra se hesitaret petrus
quid nam esset uisio quam uidisset. Ecce uiri quimi
si erant a cornelio. inquirentes domum simonis ad
stetere ad ianuam. Et cum uocassent interrogabant. si si
mon qui cognominatus petrus illic haberet hospicium.
Petro autem cogitante de uisione dixit ei spiritus. Ecce uiri
tres querunt te. Surge itaq; ⁊ descende uade cum
eis. nihil dubitans. quia ego misi illos. Descendens
autem petrus ad uiros dixit. ecce ego sum quem queritis.
Quę causa e pp quam uenistis. qui dixere. Cornelius cen
turio uir iustus ⁊ timens deum. et testimonium habens
ab uniuersa gente iudeorum. Responsum accepit ab
angelo sco. Accersire te in domum suam. ⁊ audire uba
abte. Introducens igitur eos recepit hospitio. Sequenti
autem die surgens profectus e cum eis. Et quidam ex fratribus
aioppe comitati sunt eum eo. Altera autem die in
troibit cesaream. Cornelius autem erat spectabat illos.
conuocatis cognatis suis ⁊ necessariis amicis. Et
factum e cum introisset petrus obuiuit ei cornelius ⁊
procidens ad pedes eius adorauit eum. Petrus uero
leuauit eum dicens. surge. ⁊ ego ipse homo sum. sic tu
Et loquens cum illo intrauit ⁊ inuenit multos
qui conuenerant. dixitq; ad illos. Vos scitis quo
modo abhominatum sit uiro iudeo coniungi aut
accedere ad alienigenam. Sed m ostendit ds ne
minem commune aut immundum dicere hominem.
Propter qd sine dubitatione uenio accersitus. In
terrogo ergo quam ob causam accersisti me. Et cor